



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput II. Ex a Pœnitentiali Romano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

*num. 91. Aldrete de relig. discip. lib. 2. cap. 26.* Quare  
hac sententiâ omisâ verius dicendum est, in præ-  
sentis textu agi de homicidis proditoris, seu per  
infidias admissis, immunitate ecclesiastica non  
gaudentibus, juxta tradita in cap. inter alia, de im-  
munitate Eccles. ubi texum hunc exposui. Prodito-  
rius autem homicida dicitur, cum nullâ præcedente  
causa, tixa seu discordia, & securè occidit quis  
innocentem nihil tale sufficantem. *I. propter infi-  
dias 14. C. qui accusare. I. final Cod. de aleator. cap.  
si cupis 16. q. 1. authent. de mandatis Principum,  
per tot. collat. 3. §. neque: Gregorius XIV. in sua  
Bulla, ibi: *Aut quis proditoris: & l. final. tit. 7.  
libr. 8. ordin. l. 11. tit. 11. cod. lib.* docent Covarr.  
*a. cap. 20 num. 7. Peguera decis. 54. num. 8. Gutier.  
libr. 1. pract. quest. 2. num. 7.* Remigius de immunitate  
fallent. 14. Thomas Delbene eodem tractat. cap. 16.  
dubius 20. fct. 1. Germonius lib. 3. defensor. immu-  
nitate cap. 16. num. 59. Fachinensis lib. 9. controv. cap.  
93. Marquez in suo Gubern. libr. 2. cap. 32. §. 1.  
Molina de justit. tractat. 3. disput. 23. Sanchez lib.  
6. consil. cap. 32. §. 1. Marius Cutellius de prisca  
Eccles. libert. libr. 1. quæst. 1. glossa 7. num. 38. & quæ-  
st. 5. qui contra Dianam questione antecedenter in-  
tendit texum hunc procedere in eo, qui non con-  
summatum homicidium proditorum, sed tantum  
attentavit perpetrare. Homicida proditorius etiam  
dicitur, qui feminam occidit, quia se defendere  
nequit; ideo taliter homicidiam non gaude-  
re immunitate, resolvit Carrasco ad leges recipil.  
*cap. 13. §. 1.* Similiter & occidens sacerdotem, Bo-  
badilla lib. 2. cap. 14. num. 43. Item, qui justitiarium,  
seu ministerium justitiae occidit exercentem actum  
justitiae securum, & nihil tale prevenire. Sese  
de inhibit. cap. 8. §. 4. Carrasco dicit cap. 3. §. 4.  
num. 11. etiæ contrarium teneat Giurba consil. 20.  
qui circa Alguacellum negativè resolvunt, videlicet  
proditorum homicidium non dari: docent  
Peregrinus de immunitate. cap. 8. num. 5. Ambro-  
sinius eodem tractat. cap. 9. num. 7. Farinacius eodem  
tractat. cap. 13. num. 185. Diana part. 1. tract. 1. resol.  
40. num. 7.*

20. Qui autem alterum occidit in diffidatione,  
quia non est homicidium per infidias immuni-  
tate gaudet. Giurba consil. 100. num. 21. Narbona  
in leg. 20. tit. 1. libr. 4. recipil. glossa 12. num. 10. Bo-  
badilla libr. 2. cap. 14. num. 39. Diana 6. part. tract.  
1. resol. 13. licet lex 10. tit. 8. libr. 8. recipil. affirat:  
*Cae è incurre por ello en penna de aleue: & con-  
trarium subtili ratione motus defendat. Barbosa  
de jure eccles. libr. 2. cap. 3. num. 101.* Circa illum  
vero, qui scelopeto occidit, an homicida proditorius  
judicandus sit, pro parte affirmativa est lex  
16. tit. 26. libr. 8. recipil. ibi: *Por ser armataydo-  
ra, y que no sirue sino de bazer muertes seguras, y  
aleuosas: & in l. 15. & 17. ejusdem tituli declaratur,*  
quod sit alevosus, & quod habeatur pro alevoso,  
*in l. 18. tit. 6. libr. 6. recipil.* atque ita docuerunt  
proditorum homicidiam esse; Azeuedo in l. 3. tit.  
2. 1 br. 1. recipil. num. 10. Marius Cutellius de prisca  
& recent. libert. libr. 1. quæst. 17. & in Cod. a d  
ll. Federici, cap. 109. num. 89. Didacus Perez in l.  
39. tit. 19. libr. 8. ordin. Hevia in Curia 1 hilip. 3.  
part. §. 12. num. 35. Narbona in l. 20. tit. 1. lib. 4. re-  
cipil. glossa 11. num. 18. arguendo de familiari, qui  
reputatur alevosus: item in l. 12. glossa 2. tit. 6. lib. 6.  
recipil. num. 3. Sanchez libr. 6. consilior. cap. 1. dub.  
8. num. 16. Pro parte negativa, cui adhaereo, stat  
mascula juris ratio, quia instrumentum vulne-  
ris, aut homicidii non facit homicidium proditorum,  
sed animus, & occidentis intentio. Probat Giurba in terminis scelopeti consil. 10. num. 22.  
& in quoquaque armorum genere Vincentius  
Franchiz decis. 713. num. 21. At Princeps secularis  
nihil circa immunitatem ecclesiasticam statuere  
potest, cum ad eius potestate non pertineat,  
nec possit vere, realiterque propriam qualitatem  
delicti indicere, quamvis possit exacerbare peccatas.  
Ergo ex eo, quod Rex alevosum esse statuerit,  
nihil officit, nec proficit immunitati. Ita  
Diana part. 6. tractat. 1. resol. 13. Giurba consil. 50.  
num. 26. & consil. 90. num. 13. Peguera decis.  
40. num. 7.

## C A P U T II.

Ex 2 Pœnitentiali Romano.

**I**nterfecisti furem, aut latronem, ubi comprehendendi poterat absque occasione: quia ad  
imaginem Dei cretus es. 40. dies non intres Ecclesiam: & blanea veste indutus, ab escis,  
& potibus, qui interdicti sunt, & à toro, & gladio, & equitatu illos supradictos dies  
abstineas. In tertia autem, & quinta feria, & Sabbatho aliquo genere leguminum, vel ole-  
ribus, pomis & parvis pifculis, cum mediocri cervisia utere temperate. Si autem fine  
odiū meditatione, te tuaque liberando, hujusmodi diaboli membra interfecisti (secun-  
dum indulgentiam dico, propter imaginem Dei,) si aliquid jejunare volueris, bonum est  
tibi: & eleemosynam fac largiter. Si Presbyter eadem fecerit, non deponatur: tamen  
quamdiu vivit, & pœnitentiam agat.

## N O T A E.

**Pœnitentiali.)** Ita etiam legitur in prima col-  
lectione, sub hoc tit. cap. 4. & reperitur tex-  
tus hic in pœnit. Romano, tit. 1. cap. 24. Sed  
Burchardus lib. 11. Decreti, cap. 60. Carnot. p. 13.  
Decret. cap. 46. Gratianus in cap. final. 13. q. 2. ci-  
tant verba haec ex canone 1. Concilii Aurelian.  
unde credo præsentem canonem editum fuisse in  
aliquo ex Concilii Aurelian. quod non extat; &

ex eo transcriptum fuisse in Pœnitentiali Romano,  
à quo acceperunt Bernardus Papiensis in d. 1. col-  
lect. Raymund. in presenti.

**b** Lanea veste.) Pœnitentes olim dum erant  
in statu pœnitentia solemnis, non solùm muta-  
bant vestes, Concil. Agathensi. can. 15. Tolet. 3.  
can. 12. Tolet. 6. can. 7. ibi: *Si qui ingenuorum u-  
triusque sexus sub nomine pœnitentis in habitu reli-  
giose sunt conversati, post hac autem comam nu-  
trientes, vel vestimenta secularia sumentes, ad id,*  
quod

*quod reliquerant, redierunt. Verum cilicium in-duebant. Concil. Tolent. t. can. 2, ubi dum Patres de-scribunt publicam pœnitentiam agentem, ajunt: Qui sub cilicio divino fuerit reconciliatus alta-ro. Ubi aliqui male legunt, sub Concilio, ut no-tavit Gibalinus de clausura regularis disquis. 3, cap. 2. §. 8.*

*c. Eccl. & potibus.) Alia enim dulcia, aliae que potionis prohibentur solennem pœnitentiam peragentibus, cap. in capite, 50. dist. cap. admone-re 33, quæst. 2.*

*d. Thoro.) Nam similes pœnitentes non solum matrimonium de novo contrahere, verum etiam contracto uti prohibebantur, ut probavi in cap. 9. Concil. Illyricum.*

*e. Gladio.) Pœnitentes enim solenniter armis cingi vertabatur, cap. admonere, 33. q. 2. nec ulte-rius illa ferre licebat, nisi de confilio Episcoporum pro defendenda iustitia, cap. falsas pœnitentias, de pœnit. dist. 5. Synodus apud Wormaciem tem-pore Ludovici Imper. ut refert Hincmatus Rhe-morum Episcopus, ibi: Quicunque propriâ uxore derelictâ, vel sine culpa interfectâ, aliam duxerit uxorem, armis depositis publicam agat pœnitentiam; & si contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur. Sigebertus in Chron.*

*Ludovicus Imperator à suis desertus, ac proditus, & in potestatem filiorum redactus, Episcoporum judicio arma deposuit, & ad agendam pœnitentiam inclusus est.*

*f. Te, tnaque liberando.) Hæc verba non sunt 4. accipiendi conjunctivè, sed disjunctivè, vel alter-nativè, & post Felin. in praesenti docuerunt Caje-tan. 2. 2. q. 64. art. 7. Covarr. in Clem. si furiosus, 3. part. §. unic. n. 6. plures relati a Barbol. in praesenti, Gibalin. de irregul. cap. 4. regul. 3. consit. 3. difficult. 4, ita ut sensus sit, non esse te homicidiam, si te, vel tua liberando latronem, quem aliter capere, aut impeditre non potetas, occidisti; nam si conjunctim capienda essent hæc verba, nec licita esset occiso furis, nisi ad se, & sua simul liberandum; nec etiam pro defensione suorum bonorum dumtaxat ei li-cret occidere in justum invasorem abique culpa, sed neque ad defensionem vita, nisi illa cum bonorum externorum conservatione conjuncta esset: et si textum hunc alteraccipiat Petrus Na-varra lib. 2. de refit. cap. 3. n. 406.*

*g. Pœnitentiam agat.) Quia homicidium non omnius inculpabile fuit, quia eti pro defensione sua, vel suorum bonorum commissum esset, alter tamen Clericus sibi consulere poterat: docet Gi-balinius suprà, & dicemus in cap. seq.*

### C A P U T III.

#### *Augustinus super Exodo.*

**S**i persodiens inventus<sup>b</sup> fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oriatur sol super eum, reus<sup>c</sup> erit. Intelligitur ergo non pertinere ad eum homicidium, si fur nocturnus occidatur: si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc est enim, quod ait: Si oriatur super eum sol, &c. quia pos-terat discernere, quod ad furandum, non ad occidendum venisset; & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis<sup>d</sup> legibus secularibus (quibus ista<sup>e</sup> est antiquior) inven-tur, impunè scilicet occidi nocturnum furem quoquo modo: diurnum autem sile telo desenderit; jam enim plus est quam fur.

#### N O T A E.

**I.** *a. Augustinus.) Ita etiam legitur in prima col-lectione, sub hoc tit. cap. 5. & apud Carno-tensem p. 10. Decreti, cap. 53. reperiturque textus hic inter opera Divi Augustini in quæst. 54. in Exodo, ubi exponit legem latam in cap. 22. Exodi, ejusque rationem assignat, & ita priora verba sunt ipsius Exodi, cætera vero Magni Doctoris Augustini.*

**2.** *b. Fuerit fur.) Nocte exponit, ac supplet Glos-sa in praesenti; sed superfluò, cum enim dicatur fur à furo, hoc est nigro, facilè deducitur furem propriè dici, qui noctu furatur. Varro lib. 14. re-rum divinar. Facit altercatio Hadriani, & Epici-teri in illis verbis: Quid est nox? Laboranti re-quies, grassanti lucrum: per obscuras enim noctes facilius furantur.*

**3.** *c. Reus erit.) Hucusque verba Exodi, licet aliter legantur in ipsa sacra pagina, videlicet: Si effringens fur domum, sive effodiens fuerit inven-tus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis.*

**4.** *d. Legibus secularibus.) Antiquas leges vocat D. Augustinus 12. Tabul. ubi tabul. 2. de fure no-cturno, & diurno ita cayebatur: Si Nox FURTUM*

*FAXIT, SI ALIQVIS OCCISIT, JVRE CÆSIS ES-TO: SI SE TELO defensint, quirato, ENDOQUE PLORATO: Post deinde SI CÆSI ESCINT, le fraude esto. Ad quas respicerunt Macrobius lib. 1. saturn. cap. 4. ibi: Non esse abs re puto hoc loco id quoque admonere, quod Decemviri in 12. Tabu-lis iniustissimè nos pro noctu dixerunt. Verba hec sunt: Si nox furtum factum sit, sim aliquis oc-cisit, jure casus esto. In quibus verbis id etiam no-tandum est, quod ab eo quod est is, non cum, sed sim dixerunt. Cicero pro Milone, non longè à prin-cipio, ibi: Tabula nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defendere, interfici im-pune voluerunt. Senec. lib. 10. controv. cap. ult. in fin-e. Lex, qua nocturnum furem occidi jubet, quoquo modo iubet: non de damnato tantum, sed de fure lo-quitur. Aulus Gel. lib. 2. noctum Attic. Decemviri no-stri qui post reges exactas leges, quibus populus Ro-man. ute-retur in 12. Tabulis scripserunt, furem qui manifesto furto prebenitus est, tunc denum occidi per-miserunt: si autem cum faceret furtum nox est, aut interdiu telo se cum prebenderetur defendere. Quamvis de usu hujus legis decemviralis dubita-verit Pompon. ut constat ex fragm. Ulpiani in collectione legum Moiaic. tit. 7. de furtis, ibi: Si quis furem nocturnum occiderit, quem lex 12. Tabul. omni-*